

[Accueil](#)[Revenir à l'accueil](#)[Collection Mythologiae libri decem, Venise, Segno della Fontana, 1567](#)[Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre XI](#)[Item Mythologia, Venise, 1567 - X \[109-110\] : De Orione](#)

Mythologia, Venise, 1567 - X [109-110] : De Orione

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre X

[Mythologia, Francfort, 1581 - X \[109-110\] : De Orione](#) est une version augmentée de ce document

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre VIII

[Mythologia, Venise, 1567 - VIII, 13 : De Orione](#) a pour résumé ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre X

[Mythologie, Paris, 1627 - X \[109-110\] : D'Orion](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre X

[Mythologie, Lyon, 1612 - X \[109-110\] : D'Orion](#) est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Présentation du document

PublicationVenise, Comin da Trino, 1567

ExemplaireMunich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ) ,

Res/4 Ant. 50

Formatin-4

langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination303v°-304r°

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses [Orion](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière modification le 25/11/2024

Mythologia

moderaretur, eamque pro opportunitate negotiorum, cum res ita postularet, simulare cognouerit. Nam vel ex hac ipsa morum varietate nomen illud obtinuit. His praeerea accedebat, quod nihil omnino carere moderatore poterat; quando vel leuissimi venti suum habebant gubernatorem ac Deum.

De Scylla.

ATQVE, vt paucis complectar, illud tandem demonstrarunt antiqui, quod in Ethicis scribit Aristoteles, virtutem esse mediā inter duos extrema, quorum extremorum vtrunque est vitium. Nam cum ex altera parte Scylla, ex altera Carybdis grauisissima monstra in Siculo mari nauigantibus sint deuitanda, mediumque iter inter vtrunque tenendum, is tandem incolumis euadit, qui neutram in partem magis declinauerit. Cum enim vita mortaliū sit tanquam longa nauigatio, in qua permultae occurrunt difficultates, multaeque variorum monstrorum illecebrae, neque difficultatibus, neque illecebris cedendum est, sed omnibus moderatio adhibenda; cum neque assiduam seueritatem, neque assiduam mollitiem vita hominis possit perferre.

De Orione.

TVM rursus vt explicarent antiqui generationem elementorum, & ventorum, & eorum, quae sunt in sublimibus, Orionē trium patrum filium introduxerunt. Est enim orion ventorum & pluuiarum & fulminum ac tonitruum materia. Nam rerum omnium semina in mari continentur, quia sunt elementa omnia in omnibus, manifestius autem in mari, quod aqua magis sensu percipiatur, cum accipit mutationem. Vis Apollinis vapores ex aqua excitat, eosque extenuans non sine quodam spiritu ionato, in aera extollit. Iupiter, quod aër sit, patuit. Vt vero supernatantem materiam esse demonstrarent, Orionem impetrasse à patre fabulati sunt, vt super aquas incederet. Hæc materia in aera diffunditur; atque cum Orion ibi conetur Aero-pen violare extra regionem eicitur priuatus lumine; necesse est enim vapores per aera pertransire, & ad summam partem accedere, per quem locum diffusa & dilatata materia imbrum & exteriorum ignis primam vim sentit paulatim deficere. Sic igitur ad significandum circuletem elementorū motum & generationem hunc excipi à Vulcano dixerunt, & ad solem proficisci, mox reuerti in Chiū; quia vapores per calorē attracti sursum feruntur; mox ab antiperistasi siue à circūstati frigore in suprema, ad quam peruenire possunt, aeris regione rursus coacti in pluuias funduntur. quod quoniam fit per vires lunæ, fabulati sunt Orionem ausum fuisse Dianam attingere, & idcirco sagittis ab illa fuisse confossum. Videntur enim nobis vapores lunam attingere, cuius vis est tanquam fermentum in pluuiis concitandis, & cogēdis vaporibus, veluti reliqui planetae vim eius adiouāt aut impediunt. Quod autem Orion materia credita sit imbrum, vel illud est argumento; quod, cū in signū celeste versus dicatur, nunc etiam suo exortu frequentissimas pluuias concitat, & ventos, & tonitrua, & fulmina. At Ethicè.

Gravissimas calamitates passus est idcirco Orion, quia nemini non calamitosa libido, & illegitimarum rerum cupiditas, esse potest. Deinde ad deprimendam

primendam omnem mortalem arrogantiam, quia si neminem habeas te in aliqua re præstantiorem, ceterosque mortales aliqua re longo intervallo superes, at Deum habes, qui te longo spatio relinquant, omnesque vires humanas antecellat.

De Arione.

ENIMVERO nequis sua flagitia occultari posse diutius arbitraretur, cum curpe quidpiam patrasset, Arionis fabulam excogitarunt antiqui, ut significarent vel volucres cæli, vel feras sylvestres, vel pisces maris certissimos testes fore aliquando nostrorum scelerum; si homines vel defuerint, vel nos noluerint accusare, & laborantibus viris bonis opem ferre; cum Dii sint scelerum omnium ultores & vindices.

De Amphione.

MERITO iraque Amphion ultimo supplicio ab Apolline Latonæ filio affectus fuit, quia nimium ob lyrae pulsandæ peritiam gloriaretur. Nam Latonam Latonæque filios contumeliis affecit, quod Dea nulla re hominibus præstaret, cum rudes & imperitos haberet filios, si secum conferantur. At Dii, quibus iniusta est omnis mortalium arrogantia, temeritatem Amphionis minimè ferentes, illum gravissimis domesticis calamitatibus addixerunt. Quare siquid præclarum habemus, per quod excellamus, id totum à divina bonitate nos habere putandum est.

De Halcyonibus.

SIC Ceyx maritus Halcyonis Rex Trachiniorum cum forma corporis, opibus, nobilitate ceteros homines antecellere sibi videretur, iam non amplius se patem esse mortalibus arbitratus est; quare se Iouem, uxorem Iunonem appellavit. tantam arrogantiam hominis non ferens Deus sæviam tempestatem naviganti Ceyci immisit, quæ illum submersit, quare parit, quæ sublimia sunt, & in altissimo fortunæ gradu collocata, citissimè posse diuina potentia everti, cum quis paulo feliciorum fortunam æquo animo ferre non poterit.

De Deucalione.

AT prudentes & innocentes & pios homines, & certam moderationem animi in rebus omnibus adhibentes, Deus ab imminētibus periculis subtrahit; quare Deucalionem prudentis siue Promethei filium in arca servatum fuisse inquit per diluuium.

De Ioue.

IONIS cœtera fabulæ præterea introduxerunt cum natura terræ exprimerent; quod in medio aquarum undique consistat, quod vapores assidue ex illa exurgat, quod fertilissima est omnis generis frugum & animalium, & re-

tum